Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckinitialen

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

autem eos qui crediderint hec sequentur. In no
mine meo demonia eicient. linguis
loquentur novis. serpentes tollent. Et
si mortiferum quid biberint. non eos nocebit.
Super egros manus inponent. 7 bene habebunt.
Et dominus quidem ihesus postquam locutus est eis.
assumptus est in celum. 7 sedet a dextris
dei. Illi autem profecti predicaverunt ubique
domino cooperante. 7 sermonem confirmante.
sequentibus signis. Explicit Marcus. Incipit
Lucas prologus in lucam.
syrus natione anthi
ocenus. arte medicus.
discipulus apostolorum. postea
paulum secutus usque
ad confessionem eius ser
viens deo sine crimine. Nam neque uxo
rem umquam habens. neque filios. septua
ginta 7 quattuor annorum obiit in bithinia.
plenus spiritu sancto. Qui cum iam scripta essent
evangelia. per matheum quidem in iudea.
per marcum autem in ytalia. sancto instigante
spiritu in achaie partibus hoc scripsit evangelium si
gnificans etiam ipse in principio ante alia
esse descripta. Cui extra ea que ordo evan
gelice dispositionis exposcit ea maxime
necessitas laboris fuit. ut primum grecis
fidelibus omni prophetatione venturi in
carnem dei xpisti manifestata humanitas ne
iudaicis fabulis attenti in solo legis
desiderio tenerentur. ne vel hereticis fa
bulis 7 stultis sollicitationibus seducti ex
ciderent a veritate elaboraret. Dehinc
ut in principio evangelii iohannis nativitate pre
sumpta cui evangelium scriberet. 7 in quo electus
scriberet indicaret. contestans in se comple
ta esse que essent ab aliis inchoata. Cui ideo
post baptismum filii dei a perfectione ge
nerationis in xpo implete 7 repetende

a principio nativitatis humane potesta
permissa est. ut requirentibus demonstraret
in quo apprehendens erat per nathan fi
lium introitum recurrentis in deum generati
onis admisso indisparabilis dei predicans
in hominibus xpm suum perfecti opus homi
nis redire in se per filium faceret. qui per david
patrem venientibus iter prebebat in xpo.
Cui luce non inmerito etiam scribendorum
apostolicorum actuum potestas in ministerio datur.
ut deo in deum pleno. 7 filio perditionis
extincto. oratione ab apostolis facta. sorte do
minice electionis numerus compleretur. Sic
que paulus consummationem apostolicis a
ctibus daret. quem diu contra stimulum recal
citrantem dominus elegisset. Quod 7 legentibus
ac requirentibus deum. 7 si per singula ex
pediri a nobis utile fuerat. sciens tamen
quod operantem agricolam oporteat de
fructibus suis edere. vitavimus publicam
curiositatem. ne non tam volentibus deum
demonstrare videremur quam fastidien
tibus prodidisse. Item prologus.
Quoniam quidem multi conati sunt
ordinare narrationem que in nobis
complete sunt rerum. sicut tradide
runt nobis qui ab initio ipsi viderunt. 7
ministri fuerunt sermonis. visum est 7 mihi
assecuto a principio omnia diligenter ex or
dine tibi scribere optime theophile. ut
cognoscas eorum verborum de quibus erudi
tus es veritatem. Expliciunt prologi. In
cipit ev. Luce
Fuit in diebus
herodis regis
iudee sacerdos
quidam nomine
zacharias
de vice abia.